

Diözesan-Chronik.

Zur Geschichte des Bisthums Linz.

Den Lesern der Quartalschrift wird die Bulle der Errichtung des Bisthums Linz nicht unwillkommen sein.

Die Bulle über die »Erectio sedis episcopalis in ecclesia Linciensi« ist ausgestellt im 9. Jahre des Pontifikates Pius VI. am 28. Jänner 1784.

Pius episcopus

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Romanus Pontifex, quem decet tamquam patrem familias super universos Christifideles suam exercere dilectionem, praesertim tamen erga illos, qui legali potestate praediti, et ipsi praecipua vigilantia animarum, populorum salutem scrutantur studium omne, ac sollicitudinem suam adhibere consuevit, ut ea, quae orthodoxae fidei propagationem, divinique cultus decorem, et incrementum probe statuerunt ex apostolica benignitate valeant commendationem simul, et firmitatem promereri.

Imperator erectionem flagitavit.

§. 2. Cum itaque alias dilectus filius Noster Franciscus tituli sanctorum Nerei, et Achillei Sanctae Romanae Ecclesiae presbyter cardinalis de Herzan de Harras nuncupatus charissimi in Christo filii Nostri Josephi II. Romanorum Bohemiae, et Hungariae regis apostolici in imperatorem electi apud Nos, et Sedem apostolicam administer plenipotentarius Nobis exposuerit, quod dictus Josephus rex, et imperator pro catholici principis

debito ad excitandum orthodoxae religionis incrementum, suorumque subditorum operandam animarum salutem, meliori mediante spirituali regimine, et gubernio suis in ditionibus inducendo plurimum desiderio ferebatur, ut in oppido civitate nuncupato Linciensi, praevia illius in civitatem episcopalem erectione una sedes episcopalis institueretur, et infrascripta inibi existens parochialis ecclesia (illius titulo collativo perpetuo, ut infra suppresso et extincto) in cathedralem ecclesiam, etiam perpetuo erigeretur, et caetera alia infrascripta per Nos fierent,

Nuntius apostolicus refert de utilitate erectionis.

§. 3. Cumque Nos tam pia studia dicti Josephi regis, et imperatoris tunc obsecundare intendentes dilecto etiam filio Nostro, et Sedis apostolicae nuncio in civitate Viennensi Austriae commoranti successive vigore decreti a Nobis sub die secunda mensis augusti proxime praeteriti approbati, ut ipse nuncius causis dictae erectionis, illiusque necessitate rite perpensis de illis juxta instructionem in ipso decreto contentam inde referret apostolica auctoritate commiserimus. Novissime vero ex processu desuper confecto, et a nuncio praedicto ad urbem transmisso acceperimus, quod hujusmodi erectionis necessitate reipsa existente, si in dicto oppido unus episcopatus, modo tamen et forma inferius exprimendis institueretur, maxima quidem ipsius oppidi, aliorumque infrascriptorum districtuum respective habitatoribus in spiritualibus eveniret utilitas.

Accessit consensus episcopi Passaviensis.

§. 4. Quodque ad opus tam grande rite perficiendum accedens quoque venerabilis frater Noster modernus episcopus Passaviensis, ut a sua Passaviensi dioecesi districtus ipsi infrascripti, et in eis respective contenta decanatus parochiales ecclesiae, ac vicariatus monasteria canonicae, nec non archidiaconatus, et alia beneficia ecclesiastica infrascripta ad praemissum erectionis effectum perpetuo, ut infra, dismembrarentur consensit.

Extinguitur titulus collativus ecclesiae parochialis s. Mariae in Coelum Assumptae.

§. 5. Nos propterea tam laudabilibus praedicti Josephi regis, et imperatoris inelyta majorum suorum pietatis exempla emulantis votis haerere, nec non precibus ipsius Francisci cardinalis ejusdem Josephi regis, et imperatoris nomine hac in parte Nobis enixe porrectis annuere volentes, motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolicae potestatis plenitudine parochialem ecclesiam beatae Mariae virginis in Coelum Assumptae in dicto oppido existentem, illiusque titulum collativum, nomen, denominationem, naturam, et essentiam parochialis ecclesiae collativae, ita quod illa ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus collativa esse desinat, et de caetero uti talis in titulum collativum quavis auctoritate conferri, aut impetrari, seu de illa quovis modo disponi amplius nequeat, et si illa deinceps ullo umquam tempore conferri, seu impetrari, vel alias de illa disponi contigerit collationes, impetrationes, aliaeque dispositiones de illa pro tempore quomodolibet factae, nullae, et invalidae, nulliusque roboris, vel momenti existant, neminique suffragentur, nec cuiquam jus, vel coloratum titulum possidendi [tribuat apostolica auctoritate perpetuo supprimimus, et extinguimus.]

Erectio oppidi in civitatem.

§. 6. Illaque sic suppressa, et extincta dictum oppidum civitatem, ut praefertur, nuncupatam Linciensem in civitatem episcopalem Linciensem, ut antea nuncupandam, cum omnibus juribus, honoribus, praecementiis, et praerogativis, quibus aliae civitates pontificali sede insignitae utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt quomodolibet in futurum.

¹⁾ Daß hierauf nicht die damalige und noch dermalige Stadtpfarrkirche zur Himmelfahrt der sel. Jungfrau Maria, sondern die ehemalige Jesuitenkirche zur Domkirche gewählt wurde, ist bekannt und wird später das Betreffende geliefert werden.

Erectio ecclesiae in cathedralem.

§. 7. Praefatam vero parochialem ecclesiam, ut praefertur, suppressam, et extinctam in cathedralem ecclesiam archiepiscopo Viennensi in Austria praedicta suffraganeam, eique metropolitico jure subjectam sub invocatione ejusdem beatae Mariae virginis in Coelum Assumptae, quae etiam, ut antea, parochialis existat, et in ea sedem, dignitatem episcopalem pro uno deinceps episcopo Linciensi nuncupando qui eidem ecclesiae Linciensi, illiusque civitati praedictae, ac dioecesi etiam Linciensi, ut infra constituendae, et assignandae praesit, abbates inferiores praelatos, et alios ad synodum convocet, ac omnia, et singula jura, officia, et munia episcopalia habeat, et exerceat, cum suis capitulo infrascripto, sigillo, arca, mensa episcopali, caeterisque pontificalibus signis, insigniis, nec non juribus, jurisdictionibus, facultatibus, praeeminentiis, praerogativis, privilegiis, honoribus, gratiis, favoribus, et indultis realibus, personalibus, et mixtis, quibus aliae nationis Germanicae episcopales ecclesiae, earumque praesules, non tamen titulo oneroso (seu ex privilegio particulari) similiter utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt in futurum.

Declarantur dignitates capituli.

§. 8. In ipsa vero cathedrali ecclesia Linciensi unum vicariatum generale nuncupatum, qui post pontificalem hujusmodi major cum uno canonicatu, et una praebenda pro uno canonico vicario generali nuncupando, qui caput capituli dictae cathedralis ecclesiae Linciensis existat, iisque gaudeat praeeminentiis, quae de jure sibi competere possunt, et debent, nec non unam praeposituram, quae secunda cum alio pariter canonicatu, et alia praebenda pro alio canonico praeposito, ac unum decanatum, qui tertia, cum alio similiter canonicatu, et alia praebenda pro alio canonico decano, ac unam custodiam, quae quarta respective dignitates in dicta cathedrali ecclesia Linciensi existant cum alio itidem canonicatu, et alia praebenda eisdem

dignitatibus respective invicem perpetuo unitis extituris pro alio canonico custode, etiam respective nuncupando. Ac aliquos tres canonicatus, totidemque praebendas pro tribus aliis futuris mere canonicis ejusdem cathedralis ecclesiae Linciensis, qui illius capitulum constituent, et apud eam personaliter residere, ac in ea his diebus horas canonicas, tam diurnas, quam nocturnas, aliaque divina officia devote, ac cum debita mentis attentione, servataque ecclesiastica disciplina recitare, decantare, et psallere, divinisque officiis, tam diurnis, quam nocturnis hujusmodi interesse, ac alias eidem cathedrali ecclesiae Linciensi, laudabiliter deservire teneantur. Similiter cum choro, stallo, arca, et sigillo communibus, alisque signis, ac insigniis cathedralibus; quique omnibus, et singulis privilegiis, et praerogativis gaudere possint, et valeant, quibus capitula, et canonici aliarum cathedralium ecclesiarum in archidiaconatu Austriae praedictae consistentium (non tamen titulo oneroso acquisitis) gaudere solent, ac possunt ad Dei Omnipotentis laudem, et gloriam, ejusdemque Virginis Mariae honorem, fideique catholicae exaltationem apostolica auctoritate praedicta, perpetuo erigimus, et instituimus.

Praecipitur erectio praebendae theologiae, et poenitentiarum.

§. 9. Volentes tamen, et eadem apostolica auctoritate statuentes quod futurus episcopus Linciensis in dicta cathedrali ecclesia per Nos, ut praefertur erecta, et instituta unam theologalem, et alteram poenitentiarum praebendas ad praescriptum concilii Tridentini erigere debeat conscientia ejusdem futuri episcopi Linciensis desuper onerata remanente, quodque insuper in dicta cathedrali per Nos, ut praefertur, erecta, et instituta, quae etiam, ut antea parochialis existat, ut praefertur pro animarum dilectorum filiorum illius parochianorum curae exercitio unus parochus, nec non quatuor vicarii curati nuncupandi in exercitio curae animarum hujusmodi, eidem parochi pro tempore extituro coadjuvantes per ipsum pro tempore futurum

episcopum Linciensem respective examinandus, et examinandi, et ad curam animarum hujusmodi exercendam respective approbandus, et approbandi, aliique insuper quinque vicarii chorales itidem nuncupandi, eidem, cathedrali ecclesiae per Nos, ut praefertur, erectae, et institutae, illiusque choro praedicto in divinis inservientes adesse, et respective institui debeant.

Constitutio novae dioecesis.

§. 10. Ac praeterea, ut praedictae episcopalis ecclesiae Linciensis per Nos, ut praefertur, erectae, et institutae dioecesis constitui possit, ab ecclesia Passaviensi, illiusque dioecesi totam Austriam superiorem trans Onasum sitam Germanice vero Oesterreich ob der Enns nuncupatam, nec non partem illam Bavariae Austriae ditioni subjectam, vulgo das Inviertel nuncupatam, quarum utraque sub eadem Passaviensi dioecesi tantum comprehenditur, et in quibus districtus, seu decanatus, nec non collegiatae, et parochiales ecclesiae, ac vicariatus, et monasteria canonicae, et archidiaconatus, ceteraque beneficia ecclesiastica, saecularia, et regularia, infrascripta sita reperiuntur videlicet etc.¹⁾ pari apostolica auctoritate, similiter perpetua dismembramus, dividimus, et separamus, ac respective in dicta Austria superiore, et in praedicta Bavariae parte, eisdemque districtibus, seu decanatibus, ac collegiatis, et parochialibus ecclesiis, nec non vicariatibus, ac monasteriis, canoniis, et archidiaconatu hujusmodi, sic, ut praefertur, dismembratis, divisis, et separatis respective contentos, utriusque sexus personas, habitatores, et incolas, tam laicos, quam clericos, presbyteros, canonicos, beneficiatos, ac religiosos quoscumque (non tamen exemptos) cujuscumque status, gradus, ordinis, et conditionis existant ab ordinaria moderni praedicti, nec non dilectorum etiam filiorum modernorum ejus capituli et canonicorum ejus, et quorum ad

¹⁾ Nun folgen die Dekanate und die in denselben liegenden Säkular- und Regularpfarren, Vikariate und Benefizien, welche Stelle wir der Länge wegen hinweglassen und auf die Bemerkungen am Schlusse verweisen.

id expressus accedit assensus, et pro tempore existentis episcopi Passaviensis jurisdictione, potestate, superioritate, et auctoritate dicta apostolica auctoritate perpetuo quoque disjungimus, et eximimus, ac praedictum oppidum Linciense in civitatem episcopalem, ut praefertur, erectum, eamdemque Austriam, superiorem, et Bavariae partem praedictam, nec non districtus, seu decanatus, ac collegiatus, et parochiales ecclesias, nec non vicariatus, et monasteria, canonicas, et archidiaconatum, aliaque beneficia ecclesiastica, ut praefertur respective dismembratas, ac dismembratos, et dismembrata, et in eis omnes, et singulas respective, ut praefertur, comprehensas, utriusque sexus personas, habitatores, et incolas, tam laicos, quam clericos, presbyteros, canonicos, beneficiatos, et religiosos pariter quoscumque (non tamen exemptos) ut supra, ut praefertur, disjunctos, et exemptos novae ecclesiae episcopali Linciensi, ejusque futuro praesuli pro suis civitate, et dioecesi (in quibus semper residere debet) ac clero, et populo eadem apostolica auctoritate similiter perpetuo concedimus, et assignamus.

Constituatur episcopi jurisdictio.

§. 11. Ac ordinariae ejusdem pro tempore futuri episcopi Linciensis jurisdictioni, potestati, superioritati, et auctoritati; ita quod liceat eidem ecclesiae Linciensi, tam nunc a primaeva illius erectione, et institutione hujusmodi, quam deinceps pro tempore quomodolibet pastoris solatio destitutae in episcopum praeficiendo per se, vel alium seu alios ejus nomine, veram realem, corporalem, et actualem possessionem, seu quasi possessionem administrationis spiritualis, et omnimodi juris dioecesani in dicto oppido Linciensi in civitatem episcopalem, ut praefertur erecto, nec non in tota dioecesi Linciensi praedicta, etiam ut praefertur, concessa, et assignata, propria auctoritate libere apprehendere, et apprehensam hujusmodi perpetuo retinere ejusdem moderni, et pro tempore existentis archiepiscopi Viennensis in Austria praedicta, vel cujusvis alterius

licentia desuper minime requisita simili apostolica auctoritate, etiam perpetuo supponimus atque subiicimus.

Mensae episcopalis constitutio.

§. 12. Nec non mensae episcopali Linciensi praedictae per Nös, ut praefertur, erectae, et institutae pro illius dotatione, et ad hoc ut idem pro tempore futurus episcopus Linciensis statum suum juxta pontificalis dignitatis exigentiam decentius tenere valeat annuam summam duodecim millium florenorum monetae illarum partium a dicto Josepho rege, et imperatore, ut pariter accepimus perpetuo constitutam, eamque ab omni, et quocumque onere nunc imposito, et pro tempore quomodo-libet imponendo, ac alias in omnibus, et per omnia, et omnino quoad omnia prorsus liberam, immunem, et exemptam, ita ut praedictus Josephus rex, et imperator expensis consistorii nuncupatis, illiusque expeditionibus pro tempore faciendis, ut similiter accepimus, aliunde prospexerit dicta apostolica auctoritate similiter perpetuo attribuimus, et incorporamus,

Dos cathedralis ecclesiae.

§. 13. Ipsique pro tempore futuro episcopo Linciensi, et cathedrali ecclesiae in civitatem episcopalem, ut praefertur, erectam, et ab eodem Josepho rege, et imperatore, ut itidem accepimus, designatam, quae valde decora existit, nullaue indiget reparatione simili apostolica auctoritate perpetuo quoque addicimus, et condecimus; ac praeterea, ut dignitates, ac canonicatus, et praebendae ipsius cathedralis ecclesiae, ut praefertur, erectae, et institutae, ac erecti et instituti de congrua etiam respective dotatione provideantur, illasque, et illos pro tempore respective obtinentes onera, et obligationes eis respective incumbentes supportare valeant; vicariatus generali praedicto, eique adnexo, videlicet unam trium millium, ac eidem praepositurae, eique pariter annexo aliam mille, et ducentorum, ac dicto decanatus, eique similiter annexo aliam aliorum mille et ducentorum; ac praedictae custodiae, eique itidem adnexo, aliam aliorum

mille et ducentorum; cuilibet vero reliquorum trium, et septem canonicatibus, ut supra erectis reliquam respective annuas summas mille florenorum dictae monetae pro illarum, et illorum respective praebenda similiter in partibus iam, ut quoque accepimus, constitutas, et per unumquemque ex dignitates ac canonicatus, et praebendas praedictas, ut praefertur erectas, et erectos futuris pro tempore respective obtinentibus annuatim percipiendas, exigendas, et levandas, ac in eorum respective usus, et utilitatem convertendas eadem apostolica auctoritate perpetuo etiam applicamus, et assignamus. Eisdemque pro tempore futuris capitulo et canonicis dictae cathedralis ecclesiae Linciensis, ut praefertur, erectae, et institutae, ut ipsi pro ipsius sic erectae cathedralis ecclesiae, illiusque chori, ac capituli, illorumque rerum ac jurium tam spiritualium, quam temporalium prospero felicitique regimine, gubernio, et directione, nec non onerum illis respective incumbendum supportatione, ac divinorum officiorum, processionum, funeralium, anniversariorum, ac suffragiorum celebratione, et distributione quoditidianarum, ac emolumentorum quorumcumque praesentium, et futurorum exactione, perceptione, et divisione, nec non poenarum per absentes, et divinis officiis suis loco, et tempore non interessentes, seu onera, et ministeria eis, et eorum cuilibet incumbencia subire negligentes incurrendarum incursu, ac singulorum praesentis, et absentiis notandis, nec non ceremoniis, et ritibus in dicta cathedrali ecclesia, ut praefertur, erecta, et instituta, illiusque choro, capitulo, processionibus, et aliis actibus hujusmodi servandis, ac quibusvis aliis rebus in praemissis, et circa praemissa quomodolibet necessariis, et opportunis quacumque statuta, ordinationes, capitula, et decreta, licita tamen, et honesta, ac sacris canonibus, et constitutionibus apostolicis, decretisque concilii Tridentini praedicti minime adversantia, et per ipsum pro tempore futurum episcopum Linciensem prius examinanda, et approbanda edendi, et edita declarandi, et interpretandi, ac in meliorem formam redigendi, et reformandi, seu alia de novo

ex integro condendi eisdem tamen sacris canonibus, et constitutionibus apostolicis, decretisque concilii Tridentini praedicti minime adversari, et, ut praefertur, per ipsum pro tempore futurum episcopum Linciensem prius etiam examinanda, et approbanda, et per eos ad quos spectat, et pertinet, ac pro tempore spectabit, et pertinebit observanda sub poenis in contrafacientes statuendis plenam, liberam, et omnimodam facultatem, potestatem, et auctoritatem dicta apostolica auctoritate similiter perpetuo concedimus, et impartimur.

Jus nominandi canonicos, et episcopum imperatori conceditur.

§. 14. Ac alterius eidem Josepho regi, et imperatori ejusque in archiducatu Austriae sucesoribus pro tempore existentibus jus nominandi, seu praesentandi Nobis, et Romano pontifici pro tempore existenti infra tempus a jure praefixum ad episcopalem ecclesiam Linciensem hujusmodi, ut praefertur, erectam, et institutam, tam hac prima vice a primaeva illius erectione, et institutione hujusmodi pastoris solatio destitutam, quam deinceps, quoties eam pro tempore quomodolibet etiam pastoris solatio destitui contigerit personam idoneam per Nos, et Romanum pontificem pro tempore existentem praedictum ad nominationem, seu praesentationem hujusmodi eidem episcopali ecclesiae Lincensi in episcopum praeficiendam eodem prorsus modo, quo episcopi aliarum ecclesiarum in praedicto Austriae archiducatu ad nominationem, seu praesentationem ab eadem Sede apostolica praedicta praefici consueverunt, eodemque, ac simili modo aliud jus nominandi, seu praesentandi personas itidem idoneas ad dignitates, nec non canonicatus, et praebendas ipsius cathedralis ecclesiae Linciensis, ut praefertur, erectas, et erectos hujusmodi, tam pariter hac prima vice a primaeva illarum, et illorum erectione, et institutione per Nos, ut praefertur, factis vacantes, quam etiam deinceps quoties illas, et illos ex personis eos, et eas pro tempore respective obtinentibus, quovis modo vacare contigerit pari apostolica auctoritate, itidem perpetuo respectivere servamus.

Clausulae salutare, quibus omne juris remedium contra praesentes literas submovetur.

§. 15. Decernentes praesentes semper, et perpetuo valituras, et efficaces esse, et fore, suosque integros, et plenarios effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, et singulis ad quos nunc spectat, et pro tempore spectabit quomodolibet in futurum firmiter, et inviolabiliter observari debere, ac nullo umquam tempore ex quocumque capite, vel qualibet causa quantumvis juridica, et legitima, etiam ex eo, quod causae propter quas eadem praesentes emanarunt adductae, verificateae, et justificatae non fuerint de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, vel invaliditatis vitio, vel intentionis Nostrae, aut quopiam alio quantumvis magno, substantiali, inexcogitato, et inexcogitabili, ac specialem, et individuum mentionem, et expressionem requirente defectu, seu etiam ex eo, quod in praemissis, eorumque aliquo solemnitates, et quaevis alia servanda, et adimplenda, servata, et adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite de jure, vel facto, seu statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimae, totalisque laesionis, aut quocumque alio colore, praetextu, aliaque ratione, vel causa etiam quantumvis justa, rationabili, legitima, juridica, pia, privilegiata, etiam tali, quae ad effectum validitatis praemissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate Nostra, et aliis superius expressis nullibi appareret, aut alias probari posset notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad viam, et terminos juris, aut aliud quodcumque juris vel facti, aut gratiae, vel iustitiae remedium impetrari, seu quomodolibet, etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concesso, et impetrato, vel emanato quempiam uti, seu se juvari in iudicio, et extra illud posse, neque easdem praesentes, sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus per quascumque literas, et

constitutiones apostolicas, aut cancellariae apostolicae regulas, quandocumque etiam in crastinum assumptionis Nostrae, et successorum Nostrorum Romanorum pontificum ad summi apostolatus apicem, etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter ex quibuscumque causis, et sub quibuscumque verborum expressionibus, tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis, etiam si in eis de eisdem praesentibus, earumque toto tenore, ac data specialis mentio fiat edita, et imposterum edendas comprehendere, sed semper, et omnino ab illis excipi, et quoties illae emanabunt toties in pristinum, et validissimum statum restitutas, repositas et plenarie reintegratas fore et esse.

Decretum irritans.

§. 16. Sicque, et non alias per quoscumque iudices ordinarios, vel delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac ejusdem Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, etiam de latere legatos, vice legatos, dictaeque Sedis nuncios, aliosve quoscumque quavis auctoritate, potestate, facultate, praerogativa, ac privilegio fungentes, ac honore, et praeeminentia fulgentes, sublata eis, et eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate in quocumque iudicio, et in quacumque instantia judicari, et definiri debere, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane decernentes.

Derogatio contrariorum.

§. 17. Non obstantibus quatenus opus sit Nostra, et cancellariae apostolicae praedictae regula de jure quaesito non tollendo, ac Lateranensis concilii novissime celebrati ab ecclesiis membra dividi, ac distingui prohibentis, aliisque in contrarium praemissorum quomodolibet, etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, et universalibus conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis; privilegiis quoque, indultis, et literis

apostolicis quibusvis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis, derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis, ac irritantibus, et aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus pro tempore concessis, et concedendis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia, etiam exquisita forma, ad hoc servanda foret tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata inserti forent eisdem praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permanens latissime, et plenissime ad praemissorum validissimum effectum specialiter, et expresse, nec non opportune, ac valide hac vice dumtaxat motu, scientia, et potestatis plenitudine huiusmodi harum serie derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Mandatum de referendo mensae statu in libris camerae apostolicae.

§. 18. Volumus autem quod dicta ecclesia Linciensis per Nos, ut praefertur, erecta, et instituta juxta redditus praedictos illius episcopali mensae, etiam, ut praefertur, applicatos, et assignatos de more ad 448 florenos auri taxari, et huiusmodi taxa in libris camerae apostolicae describi debeat. Nos autem per praesentes praedictum nuncium in dicta civitate Viennensi Austriae huiusmodi, ut praefertur, commorantem in exequutionem earundem praesentium, quoad illarum exequutionem tantum apostolica auctoritate praedicta deputamus, nec non praedicto nuncio facultatem, ut ipse quaecumque personam in dignitate ecclesiastica constitutam in exequutione praedicta subdelegare libere, et licite valeat; eidemque pariter nuncio, seu personae ab eo, ut praefertur subdelegandae facultatem quoque,

ut ipse, seu ipsa integram praemissorum observantiam sub quibusvis ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis praecipere, ac etiam super quacumque suppositione adversus eadem praemissa quomodolibet oritura, servatis, tamen, quae fuerint de jure servanda definitive pronunciare similiter libere, et licite possit dicta apostolica auctoritate concedimus et impartimur.

Sanctio poenalis.

§. 19. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae suppressionis, extinctionis, erectionis, institutionis, voluntatis, statuti, dismembrationis, divisionis, separationis, disjunctionis, exemptionis, assignationis, suppositionis, subjectionis, attributionis, incorporationis, addictionis, concessionis, applicationis, facultatum impartitionis, reservationis, deputationis, decreti, derogationis alterius facultatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo octuagesimo quarto, quinto calendas februarii, pontificatus Nostri anno nono.

Anhang.

In der päpstlichen Erektions-Bulle sind 10 Dekanate des von der Passauer Diözese losgetrennten und neuerrichteten Bisthumes Linz und ein Archidiaconat aufgezählt. Die in den einzelnen Dekanaten aufgezählten Pfarreien, Klöster, Vikariate und Benefizien werden später eigens zusammengestellt werden. Die 10 Dekanate sind: Linz, Ens (Laureacensis), Freystadt, Gaspoltschöfen, Altensfelden, Gmunden, Andorf, Aspach, Aurolzmünster, Alttätt; dazu das Archidiaconat Ranshofen.

Das heutige Dekanat Ens war in jener Zeit dem größten Theile nach zum Dekanate Linz gehörig, das z. B. St. Florian,

Kremsmünster, Steyr, Waldneukirchen u. s. w. umfaßte. Das Decanatus Laureacensis erstreckte sich damals dem größeren Theile nach über Unterösterreich und das heutige Dekanat Haag der Diözese St. Pölten. Von den in der Erektionsbulle aufgezählten Pfarreien dieses Dekanates gehören gegenwärtig zur Diözese Linz nur noch folgende: Ens, Gafflenz, Rosenstein, Ternberg, Raming (Großraming), Weyer und das Vikariat Kronstorf. Dagegen gehören folgende in der Erektionsbulle der Linzer Diözese als in Decanatu Lauracensi gelegene Pfarreien, Vikariate und Benefizien gegenwärtig zur Diözese St. Pölten: Opponitz, Behamberg, Amstetten, Neuhofen, Hollenstein*), Gößling, Waidhofen a. d. Ips, St. Peter i. d. Au, Strengberg, Sindelburg, Haag, St. Valentin, Winklarn, St. Pantaleon, Erlakloster, Ardagger, Aschbach, Althartsberg, Yppitz, Windhaag, Wolfsbach, Neustadt*) (Neustadt?), Hadershofen, Sonntagberg, Biberbach, St. Georgen i. d. Klaus, St. Michael, Seitenstetten (alle als Ecclesiae parochiales aufgeführt); Weistrach, Kirnberg, Kirchdorf, Almersfelden, Ernstshofen*), St. Georgen bei Obbsfeld, Kollmitzberg, St. Stephan bei Hardt*), St. Leonhard (Vikariate); das Benefizium zu Waidhofen a. d. Ips.

Als durch Uebertragung des Bischofssitzes von Wiener-Neustadt und Excindirung der Viertel ober dem Mannhartsberge und dem Wiener Walde aus der Diözese Passau das Bisthum St. Pölten entstand, kommen in der hierüber am 29. Januar 1785 im 10. Jahre des Pontifikates Pius VI. ausgestellten Erektionsbulle das Decanatus Laureacensis und die vorgenannten Pfarreien und Vikariate als zur Diözese St. Pölten gehörig gleichfalls vor.

Die Sache verhielt sich so. Wie das Datum der beiden Erektionsbullen zeigt, ist die der Diözese Linz gerade ein Jahr früher ausgestellt als die der Diözese St. Pölten. Die Linzer

*) Die mit *) bezeichneten sind in der St. Pöltner Erektionsbulle nicht speziell aufgeführt.

Diözese wurde aus der Passauer Diözese ercindirt und der Decanatus Laureacensis in dieselbe einbezogen, wie er unter Administration des Passauer Ordinariates ausgedehnt und dem jeweiligen Offizialen des Passauer Bischofes in Linz (Graf Herberstein, der erste Bischof von Linz, war eben Offizial bei Errichtung des Bisthums und episcopus in partibus) untergeordnet war.

Da aber gleichzeitig die Verhandlungen über Errichtung der Diözese St. Pölten statthatten, schien es der hohen Regierung eine bessere Arrondirung der Diözesen zu geben, wenn die zu Unterösterreich gezählten Pfarreien des Enser Dekanates in diese Diözese einbezogen würden, und in den Entwurf für Erlangung der Erektionsbulle wurden sie gleich aufgenommen.

Daß hierüber eine Transaktion zwischen Er. Majestät und dem Bischofe von Passau stattgefunden habe, sagt Letzterer ausdrücklich in der Cessionsurkunde, welche er dem Bischof von St. Pölten Keerens, welcher von Wiener-Neustadt nach St. Pölten seinen Sitz übertragen hat, am 20. April 1785 ausgestellt hat.¹⁾ Darin heißt es: „Post transactionem cum Sacra Caesarea Regiaque Majestate Viennae die 4. Julii anno 1784 super gravi hoc negotio cum assensu Venerabilis Capituli nostri initam declaramus“ u. s. w., der Bischof erklärt nämlich, daß er der Errichtung der Diözese die Zustimmung gebe. Er setzt dann hinzu: „Cedimus proinde neo-erecto Episcopatu ad S. Hippolytum jam memoratas duas partes Dioecesis nostrae in Austria infra Onasum (nämlich die Viertel ober dem Wiener Walde und Manhartsberge) una cum Districtu immediate ad Onasum sito et hucusque ad Decanatum Laureacensem pertinente.“

Wie aber kam es, daß auch der Passauer Bischof diese Cessionsurkunde ausstellte, da die Erektionsbulle des Bisthumes

¹⁾ Mitgetheilt in der aller Empfehlung würdigen „Theologischen Monatsschrift der Diözese St. Pölten, Hippolytus, herausgegeben und redigirt von Matth. Jos. Binder,“ die bereits im 4. Jahrgange erscheint und erst neulich in der kathol. lit. Zeitg. recht anerkennend angezeigt wurde.

Linz schon den 28. Januar (Quinto Calendas Februarii) 1784 ausgefertigt ist? Offenbar waren, als die genannte Bulle schon gegeben wurde, Verhandlungen wegen der Begrenzung der zwei neuen Bisthümer Oesterreichs eben in der Schwebe. Obwohl der erste Bischof, Graf Herberstein, nicht bloß ernannt, sondern unterm 14. Februar 1784 von dem Verbande der Ecclesiae Eucappiensis, auf deren Titel er als Weihbischof ordinirt war, losgelöst und den 16. Februar bereits als Bischof von Linz confirmirt worden war, hat er doch erst im Verlaufe des Jahres 1785 die Leitung und Regierung der Diözese als Bischof übernommen. In einer Regierungsnote vom 8. März 1785 wird ausdrücklich gesagt, daß der Herr Bischof den, als Dotation angewiesenen „Gehalt bereits $1\frac{1}{2}$ Jahre genossen habe, ohne sein Amt zu verrichten.“ Die päpstlichen Bestätigungsbullen haben den 16. März 1785 die landesfürstliche Bestätigung erhalten, gelangten also darnach erst in die Hände des Bischofs, der den 31. März 1785 den Eid ablegte und am 1. Mai 1785 feierlich in Linz inthronisirt wurde. Eine Zuschrift desselben vom 22. April 1785 an den damaligen Regierungspräsidenten von Oberösterreich sagt: „Er habe die Bestätigungsbullen schon früher, aber jetzt erst die Erektionsbulle erhalten. Er werde nun mit dem Bisthum Passau Alles ins Reine bringen.“ Bischöfliche Kurrenten an den Klerus der neuen Linzer Diözese, worin er aufgefördert wird, die *subjectio* und *obedientia* auf seinen Bischof von Linz zu übertragen, sind datirt vom 21. April 1785. Der erste Hirtenbrief an die gesammten Gläubigen der Diözese hat aber das Datum des 1. September 1785. Eine Regierungs-Verordnung vom 20. Mai 1785 verfügt noch, daß die Bestätigungsbulle zur Kenntnißnahme an der Domkirche anzuhängen, und daß das Volk aufmerksam zu machen sei, daß es sich fortan in seinen geistlichen Angelegenheiten nicht mehr an den Bischof zu Passau, sondern an den zu Linz zu wenden habe.

Fast man alles Dieses ins Auge und daß nebenher immer die Verhandlungen mit der Regierung über die Begrenzung ihren

Fortgang hatten, wird begreiflich, wie der Bischof von Passau am 20. April 1785 in der Cessionseurkunde für das Bisthum St. Pölten noch das Dekanat Ens cediren konnte. Die gleichzeitigen Verhandlungen gehen hervor aus einem Regierungsdekrete vom 11. April 1785, worin die Einverleibung der bisher zum Dekanat Ens gehörigen unterösterreichischen Pfarreien zum Bisthum St. Pölten anbefohlen wird. Ein vom 21. März 1785 datirtes, im Mai zu St. Pölten präsentirtes Hofdekret besagt, die in Niederösterreich gelegenen Pfarreien des Enserischen Dekanates seien in n. ö. Dekanate einzutheilen.

Noch näheres Licht bringt in die ganze Sache Folgendes. Am 22. Juni 1784 erhielt der Herr Bischof Graf von Herberstein von der Regierung zu Linz folgende Zuschrift: „Da nach dem Styl der römischen Curiae die Grenzen eines jeden Bisthums den auszufertigenden päpstlichen Bullen eingeschaltet zu werden pflegen, so haben Se. Majestät unterm 15. dieß verordnet, den neuernannten Herren Bischöfen aufzutragen, daß sie auch ihres Orts die schon ausgemessenen Grenzen ihrer künftigen Diözesen an ihren in Rom befindlichen Prokuratorem, in so weit es etwa noch nicht geschehen, zu weiterer Einleitung genau bekannt machen, oder wenn sie zu Besorgung dieses Geschäftes Niemand daselbst hätten, es nach Hof anzeigen sollen, um es in ihren Namen nach Rom ehestens gelangen zu machen. Ferners seien die schon bestehenden Herren Ordinarien wiederholt anzuweisen, daß sie, in so weit sie mit ihren Diözesen oder durch Abtretung einiger Bezirke an die neuen Herren Ordinarios oder durch Uebernehmung anderer zur Ausgleichung der Diözesen mitzuwirken haben, die dießfälligen Bezirke ebenfalls oder unmittelbar in Rom, oder nach Hof, um sie in ihrem Namen dahin zu befördern, genau anzeigen sollen.“ Unterm 30. Juni gab der Herr Bischof von Wien aus an die Regierung zurück, daß er die Beschreibung des künftigen Kirchensprengels an seinen Agenten zu Rom einsende und ihm den Auftrag gebe, daß er wegen gehöriger Einschaltung in die päpstliche Bulle das Nöthige nach Anleitung des Herrn Kardi-

nals Grafen Hrzan vorsehre. Von selbem Datum ist auch das italienische Schreiben an den Agenten Abbate de Magioni von Wien ausgegeben. Die kurze Designatio limitum Dioecesis Linciensis soll ein ander Mal folgen. Sie beginnt: »Dioecesis haec complectitur omnem regionem, quae Geographorum sermone Austriae Inferioris pars supra Onasum audit.«

Am 26. Okt. wurde von dem Herrn Obersthofkanzler Grafen Kollowrat an den Herrn Bischof gegeben: „Da bereits all' jenes, was zu dem Instruktivprozeß wegen des neuerrichteten Bisthums in Linz, und Uebersetzung des von W.-Neustadt nach Et. Pölten erforderlich ist, an den päpstlichen Stuhl gebracht und eingeleitet worden, so belieben Euer Hochwohlgeboren sich nunmehr — — — ins Einvernehmen zu setzen, und nach dem Maßstabe der schon bekannt gemachten Diözesenabtheilung im Lande ob und unter der Enns die Cessions- und Akzeptionsurkunden errichten, auch solche zu Rom bestätigen zu lassen.“ In Folge dessen wendete sich der Herr Bischof unterm 2. November an den Herrn Bischof Keerens zu W.-Neustadt, um legale Abschriften der Dimissions- und Akzeptionsurkunden, an den Reichsfürsten, den Herrn Bischof von Passau mit der Bitte, daß dieser „die Dimissionsurkunde, so viel das Erzherzogthum Oesterreich ob der Enns betrifft, ausfertigen und ihn als dem für diesen Theil ernannten Bischofe, da er die päpstlichen Bullen hierüber in Kürze gewärtige, zukommen zu lassen.“ Unter demselben 2. November 1784 schrieb er an Herrn Obersthofkanzler, daß er alle nöthigen Schritte eingeleitet habe. Was die Cessionsurkunde betrifft, so ist solche durch den mit dem Hochstifte (Passau) errichteten, bekannten Vertrag geschehen und macht einen Theil des Instruktivprozesses aus, worüber die nächstens zu gewärtigenden päpstlichen Bullen die Bestätigung ertheilen. Außer dem ist meines Wissens keine andere Cession, sondern von Seite Passau und Salzburg*) nur eine bloße Dimissionsurkunde ad clerum et populum, und von meiner

*) Wird der Grund in einem folgenden Hefte angegeben werden.

Seite eine Akzeptationsurkunde gebräuchlich. Diese beiden Urkunden scheinen einer weiteren Bestätigung in Rom nicht nöthig zu haben, denn sie sind nur eine nach der päpstlichen Bestätigung der Gesession erfolgende Handlung zwischen zwei Bischöfen.“ Der Herr Bischof beruft sich auf einen gleichen Vorgang zwischen Passau und Wien anno 1728, und führt noch 3 andere kleine Gründe für seine Meinung an. Schon den 5. November erwiederte der Fürstbischof von Passau, daß er die Urkunden sogleich ausfertigen werde, „als Ihre päpstliche Heiligkeit die Ihr bereits angezeigte Abtretung meiner Diözese in Oesterreich genehmigt, und die neuen zwei Bisthümer die Bestätigung erhalten haben werden, massen es darauf alleinig noch ankommt, und die von mir sodann auszustellende förmliche Abtretungsurkunden der päpstlichen Bestätigung nicht mehr bedürfen.“ Den 5. März 1785 schrieb eben derselbe an den Herrn Bischof zu Linz, da den 27. Februar die Bulle in Linz bereits angekommen, werde er sie bald erhalten. Sollte eine Verzögerung sein, „verwillige ich, daß der Herr Graf diese bischöflichen Verrichtungen (die Charwoche war nahe) allenfalls ex potestate mea delegata vor dermalen zu Linz vornehmen.“

Den 15. April 1785 verlangte die Regierung in Linz von dem hochwürdigsten Konsistorium die Namhaftmachung der unteren pfarrlichen Pfarreien, welche von dem Dekanate Enns wegzufallen haben, „nachdem Se. Majestät unterm 21. März verordnet haben, daß sie mit Einverständnis der Herren Ordinarien aus diesem Dekanate aus und in andere Dekanate eingetheilt werden sollen.“ Dasselbe gab den 21. April die unten folgenden an die Regierung bekannt und setzte sich der erhaltenen Weisung zufolge mit dem hochwürdigsten Konsistorium St. Pölten ins Einvernehmen. Es schrieb an dieses den 19. Mai 1785: „Diese Pfarren sind, so viel wir hievon in Erfahrung bringen konnten, folgende: als Pantaleon, Erlakloster, Strenberg, Sindlbürg, Ded, Ardafer, Amstetten, St. Georgen am Obbsfeld, Winklarn, Ulmerfeld, Neuhofen, Dponiz, Hollstein, Reit, Gostling, St. Peter, Weistrag,

Behamberg, Haag und St. Valentin.“ Deb und Reit (St. Georgen in Reith) sind in der Linzer Erektionsbulle nicht speziell genannt, wohl aber in der von St. Pölten. Dagegen kommen in der Linzer Erektionsbulle mehrere Pfarren vor, welche in diesem Konsistorialerlasse nicht aufgeführt sind. Dieser fährt übrigens fort: „Da der Bezirk des hiesigen Bisthums schon nach der Errichtungsbulle bloß das Land ob der Enns in sich faßt, so bedarf es von Seite des hiesigen Ordinariats in Rücksicht dieser an ein unterrennssisches Dekanat zuzutheilenden Pfarren weder einer Entlassung, noch einer andern Verfügung, sondern das ganze Geschäft geht lediglich das St. Pöltner Ordinariat an.“